



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

13. Morbus æternitatis monitor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Aeternitatis Prodrömi Caput II.

51

derata equitas ferientis. Longè facilius dolores ager tolerabit, si altè in animum admiserit hoc unum: Iustissimus Deus vult me hoc pati.

Inter-
missio vo-
luptatum.
At voluptatum Intermissio nihil affliget eum, qui voluptates cogitaverit aeternas. Illa, quas relinquimus, vana, breves, & plerumque scdæ sunt, & sæpissime priusquam deserantur, ipsæ suos amatores deserunt: ea, quas patria pollicetur, immensæ, stabiles, aeternæ sunt. Facile spernit voluptatem fluxam, qui sincere sperat aeternam.

§. 11. Morbus virtutum ludus.

In Psal. 31.
Morbus
virtutum
schola, &
vitiörum
macellum.
Valtudo
virtutum
macellum
& schola
vitiörum.
Bene pungeris, inquit Bernardus, si compungeris. Morbus, virtutum schola, vitiörum quoddam veluti macellum dicitur. Quisquis egrotus est, in hoc ludò discipulus est. Valtudo contra plurimis virtutum macellum est, & schola vitiörum: dum valent, furunt, & malè valent, rectè agerent. Dum sani sunt, sexcentis negotiis intrincantur, Dei negotium in postremis habent. Quam multi casti sunt dum aegroti sunt: cum convalescunt, in pristinas libidinum sordes revolvuntur. Hi longè tutius aegrotarent, quibus tam periculosa & pestilens sanitas est. Hos ergo Deus in lectum compingit, ut sibi vacent, & rem salutis curent; vana vanis relinquunt, & cælum suspiciunt. Infirmitas gravis sobriam facit animam. Ut ad calculum res redeat; Morbus multis quidem tædiis implicat corpus, sed multis explicat

In Psal. 31.
Morbus
virtutum
schola, &
vitiörum
macellum.
Valtudo
virtutum
macellum
& schola
vitiörum.
Iceli. c. 31.
vers. 2.
1. Cor. c. 4.
vers. 26.
animum. Divini Pauli vox est: Et licet is qui foris est non sit homo, corruptus; tamen is qui intus est, renaturatur de die in diem. Hinc quamvis mala, quamvis pessima aegritudo videatur, optima esse incipit, cum ægrum sanctiorem efficit. Multi cum sentiunt penam, corrigunt culpam. Nusquam prius quam in sano corpore ager animus habitat.

§. 12. Morbus corporis, animi salus.

Petrus A.
post.
Invalida valtudo hortatrix parsimoniae, dehortatrix libidinum, & magistra est modestiæ. Tu pone sollicitudinem, quidquid corpori evenierit, salvus es, si modò valtudo animi sit bona. Enimverò plurimis ad animi valtudinem profuit aegritudo corporis. Ille vir altus ex humili, ex aquis evectus ad sidera, caligine claviger, cuius vel sola umbra molestias morboque corporum pellebat, interrogatus aliquando, cur suam ipse filiam gravi morbo pressam sineret, respondit: Sic expedit ei. Tu quid scis, an non & tibi sic expedit? Ille idem, de quo loquor, filiam mox ut tuto sanam fieri posse cognovit, & sanavit, & sanandis aliis habilem fecit. Et tu quoque facito, ut tua tibi secunda sit sanitas, fortasse sanabere. Denique quod tuum est, animum ante omnia cura, cumque cælesti medico curandum offer. De reliquo, si non quod optas, at profectò quod expedit, spera. Misera valtudo comes est quidem injucunda, sed fidelis, quæ te crebrò vellicet, iter signet, & conditionis tuæ admoneat. In periculis tutissimum est præsidium fidus monitor. Quod si morbus sine remedio sit, file & gaude de carcere ruinoso facilius ac citius egredieris. Optime dixit Gregorius Nazianzenus: Anima morbo affecta, Deo propinquat.

§. 13. Morbus aeternitatis monitor.

Vix ad
mortem
divertit.
Quantum hoc boni est, quod mala vitæ præsentis, brevi gustu perennis admonent supplicii? Ager itaque infinitas amaritudines declinare studeat, quando horis pauculis tam impatienter hæc amariuscula tolerat; doloribus non longis disceat evadere sempiternos, quibus nec pharmacopola, nec medicus, nec herba, nec dies criticus, neque mors ipsa medebitur; malorum hic omnium medicina. Vix ad mortem diversæ, unus omnium terminus est aeternitas.

Anaxagoras peregrè moriens, An in patriam referri

Tom. I.

A veller, amicis interrogantibus, Nihil necesse est, inquit, & adjecit causam: Undique enim ad inferos tantundem via est. Hoc responsum non minùs convenit ad cælum adscensurum, quam caluris ad inferos. O febrium felix incendium ac utile, quia breve! O inferorum rogi formidabiles, quia aeterni!

Ex quibusdam malis remedia constanter, & sæpè parvus præsensque dolor, ut venturis ac gravibus occurreretur admonuit, fuitque utilis qui molestus erat: ita morbus quicumque, quò magis infestat & torquet, eò magis aeternitatis admonet, sive in deliciis, sive in flammis ducenda. Videant sani, attendant aegri quò eant. Voluptas omnis, sed & omnis mæror brevissimis clauduntur spatiis. Mortale est omne mortalium bonum; eodem hoc circo mala omnia coëscuntur.

Carceres metasque nescit gloriosa aeternitas;
Comparatum aeternitati tempus omne perbreve est.

§. 14. Morbus igitur oprandus.

Opranda sæpè est, inquam, corporis imbecillitas, quo maturius liber sis ac victor. Opravit hanc qui dixit: Pro me autem nihil glorior, nisi in infirmitatibus. Cùm enim infirmor, tunc potens sum. Nam virtus in infirmitate perficitur. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus. Ut in vaginà lacerà sæpè bonus gladius, sic in corpore imbecilli ac morbo tortis subinde animus latet. Hoc robur est optabile, quod nec dies minuit, nec fortuna. Aegrotus non quidem idoneus est vectandis oneribus, aut arvo fodiendo, sed excendæ patientiæ, sed erigendæ fiducia. Sic in navi robustior quisque remum agit, ac prudentior clavum regit. Vita quasi navis, rerum fluctibus & mundi pelago jactata, suos remos habet, est mundi suumque gubernaculum: si a vilioribus repulsus es officiis, ad nobiliora convertere. Vera & generosa vis hominis in animo est. Corpus animi domus quam robusta, quam fragilis sit, nihil ad hospitem, paucorum præcipue aeterni: si domus corruat, migrandi necessitas in aliud, idq; perpetuum, domicilium hinc exclusos transfert. Virtus in infirmitate perficitur. Et quamvis morbus videatur deterrimus, optabile tamen hoc malum est, quod mali remedium sit majoris. Plurimorum sanè valtudo tunc est prosperissima, cùm maximè adversa.

§. 15. In morbo quid legendum.

Zeno Demii filius, quem proximè nominavi, cùm oraculum consulisset, quâ ratione optimam vitam duceret, responsum ei ferunt: Si mortuis concolor fieret. Vel, Si mortuorum consuetudine uteretur, hoc est, ut Suidas explicat, si veterum scripta legeret. Cum libris habitare, est inter mortuos degere. Atqui hæc cum mortuis consuetudo, vita optima. Sed sicut Aegrotis aegrotis plena macella aut penora, sic & plenæ iis bibliothecæ aperire, & grandia obtrudere volumina infania est: iusculum illis aut olusculum quandoque satis est in lautissimam cœnam, sic & libellus unus altèrve in aliquot menses. Subinde legendum aliquid est, etiam aegrotis, si morbus aut dolor id ferat: sed legendum iis sicut comedendum. Quod comedunt, non statim glutiant, sed prius mandant, & cibum panem in ore, velut stomacho primo, concoquant: sic etiam quod legunt, non oscitanter transiliunt, sed unam alteramve sententiam expendant, & velut digerant. Aliter legere, est negligere. Sed ut aegrotis librorum, quos lecturi, delectus sit, syllabum subijcio brevissimum.

E Latinis.

Robertus Bellarminus de Arte bene moriendi.
Aut de Gemitu Columbæ.
Aut de Aeternâ felicitate Sanctorum.
P. Stephani Bineri Schola & Recreatio ægrorum.
P. Antonii Balinghemii solatium afflictorum.

E 2

E Ger